UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Bartolvs A Saxo Ferrato in primam Digesti Veteris Partem

**Bartolus**

**Lugduni, 1567**

Pactis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96393

Visual Library

De pactis.[a] Rubrica xiii.

¶ Postq̃ editus est libellus, de quo dixi in tit. pcedenti, quandoq; facit actor pactũ gratuitũ reo, ideo ponitur rubr. de pac. Q̃nq; inuicem non põt esse concordia, ideo est necessariũ q̃ litigetur, & partes querunt ibi aduocatos & pcuratores. Ideo in sequẽ. lib. ponitur de postulando, & subsequenter de procuratoribus.

ADDITIO.

P. PAV. P. ¶ De pac. ¶ Vide Bap. de san. Seuer. dicentem, q̃ pactũ dicitur a percussione palmarũ, vt hic in glo. & per Com. consi. cxxxii. & quẽdam tractatum de pac. per Bal. de Perusio.

LEX PRIMA.

℣ Dictio naturalis relata ad fidem, vel relationẽ, semper intelligitur de iure naturali gentium.

Copula que cadit inter duo, quorũ vnũ de necessitate ineſt alteri, tunc cadit inter diuersa, & illa duo in vnũ resoluuntur.

Pactũ per quod promittis mihi q̃ dabis Titio decem, quem effectum habeat.

**Hic ædicti.** Hic incipit materia subtilis et bona. Et in hoc principio primo ponit edictũ, secundo eius determinationẽ, tertio diffinitionem. Secunda ibi, pactum. Tertia ibi, est autem. Contra hanc l. opp. Dicitur hic, q̃ hec equitas est naturalis: contra ius naturale est, q̃ ꝯgruit omnibus animalibus, ſ pactũ non congruit animalibus: ergo, &c. vt l. j. §. ius naturale. ff. de iuſti. & iur. Sol. Dic pactũ naturale, id est naturali ingenio inductũ. Tu dic̃ q̃ quãdo ad fidem vel rationem hec dictio naturalis refertur, que nõ cõgruit niſi ſoli homini tũc semper intelligit̃ de iure naturali, hoc est, iure gentiũ vt hic, & l. omnes populi. ff. de iuſti. & iure. ¶ Secũdo opp. q̃ magis conuenit homini colere deũ. Sol. Dicit gl. q̃ est hyperbolica loquutio, hoc est, quidã excessus in loquendo. ¶ Opp. q̃ male ponit hic derivationẽ. Dic vt in glo. ¶ Itẽ oppo. ff. de polli. l. j. Sol. In pollicitatione ſufficit conſensus vnius tantũ. In pactis requritur conſensus plurium, vt hic. ¶ Item oppo. q̃ male dicatur hic placitum, & cõſensus, cum copula debeat cadere inter diuersa, vt no. de iuris & facti ignorãtia. ſuper rubri. & l. ij. ſ hic cadit inter eadẽ, ergo male. Sol. Gl. dicit q̃ hic est figura, & exponitur, placitus & conſensus, id est, placitus & cõſensus. Ex quo nota, q̃ quandocunq; copula cadit inter duo, quorũ vnũ ✳, de necessitate ineſt alteri*, tunc illa duo resoluuntur in vnũ, ſicut adiectionum alterius. hoc modo placitum & cõſensus, id est, placitus conſensus, vtpũ Virgilio, Arma virũque cano, id est, armatũ virum. Et ſimile no. in l. vbi pactũ. in gl. j. C. de transactionib. * ¶ Vento ad quãdam gl. q̃ est hic. Querit gl.[b] quid ſi tu, & ego, facimus pactum, q̃d Sempronius det Seio decẽ, vel quod det vni noſtrum. Dicit gl. quod non est pactũ. Sed ſi facimus[1] pactũ q̃d vnus noſtrum det cuidã tertio bene est pactũ licet quandoq; nõ habeat efficaciam. † Pro huius declaratione debes scire q̃d est regula tradita a maioribꝫ noſtris, q̃d q̃cũq; geritur, niſi in persona noſtra ſumãt initium, inutile actum efficiunt. l. quecunque. infra de actio. & oblig. ¶ Secũdo debes scire, quod vt verbum promitto, aliq̃d importet, requirit̃ personam promittentem, & personã cui promittitur, & rem que promittitur. Iſte ergo actus promiſſionis totalis in quacũq; parte, ſi non aſſumat initium ex persona noſtra, actum efficit inutilem. Si ergo ego dicerẽ tibi q̃ Titius promittit, non valet aliquid. Itẽ ſi tu diceres mihi, q̃d tu promittis Titio, nõ valet aliquid niſi mihi promittas q̃d Titio dabis, vt l. ſtipulatio iſta. §. ſi quis inſulã. & ibi nota. infra de verb. obli. & l. quecũq; de act. & obli. Itẽ ſi promittis mihi q̃ Titius dabit vel faciet, nihil valet, q̃ iſtud tertiũ, hoc est, res que promittitur, non aſſumit initiũ in persona noſtra, & iſta tria voluit dicere principiũ gl. Sz q̃n tu promittis mihi q̃ dabis Titio, actus totus in persona noſtra initium ſumit, & terminetur in persona tertij. Promittis enim q̃ tu dabis Titio, & ideo iſto casu pactũ est, & q̃cunq; habeat effectum, q̃cunq; nõ. Hoc voluit dicere gl. Videtur ig tur q̃ validũ est pactum. Sz an habeat effectum videamus. Si quidem mea intereſt q̃ illi tertio det, valet ſine dubio, vt d. l. ſtipulatio iſta. §. alteri. & §. quis inſulã. Si mea non intereſt, videtur q̃ non habeat effectum ab initio, ſed pro tanto dicitur esſe pactum, q̃ ſuperueniente intereſſe confirmabitur, arg. l. quãuis. §. ſi mulier. ff. ad Velle. & l. ſtichũ. §. aliquãdo. ff. de ſol. & no. p gl. ff. mãd. l. ſi remunerãdi. §. ſi tibi in gl. ſuper verbo, nõ intererat. Hoc etiã tenet Bal. & Ly. in l. pacto ſucceſſorũ. C. e. Sed Sz, q̃ ſemper videtur ac ſi facerẽ Titium meum pcuratorẽ ad recipiẽdum, & poſſum poſtea illum Titiũ pHibere, ſicut procuratorem meum. Caſus

a ¶ Placit[a]. Adde poſt Jaſ. quotũplex ſit par, & an ſit ſtricti iuris. Bal. conſi. lviij. j. lib. & an per cohabitationem ſimul factam preſumãtur iniurie remiſſe, per eundem conſi. cccclvj. ij. lib. POMA. ¶ Vide Lep. conſi. cvij.

✳ CLAV. ¶ Ineſt alteri, Secus, ſi vnum non ineſt alteri de neceſſitate, vt etiam dicit Barto. in l. j. ff. de tutel.

✳ CLAV. ¶ Transactio. Et in l. Deo nobis. in verb. legitime. C. de epiſcopo. & cler.

b AND. BAR. ¶ Vento ad quãdã. No. q̃d quãdo ẏba obligatiua executiua, referunt̃ ad tertiũ, q̃d tũc pactũ nõ valet, est opi. cõmunis, ſz gl. j. in l. q̃cunq; ff. de act. & obli. & l. j. C. p quas pſo. nobis acqui. & l. pcuratores. q. p. ff. de pcu. videant immere Jaſ. Et p eis vide caſum meliorẽ q̃ ſit in iure ſecũ Bald. in d. l. j. C. per quas pſo. & Bar. in l. ſtipulatio iſta. §. ſi ſtipuler. & ibi Raph. ſz Jaſ p tex. in l. ſi tibi & §. ſi pactus. & p rationẽ q̃ ceſſante intereſſe ceſſat ſtipulatio, vt pactũ, vt ibi no. ergo multo plus a pn. Itẽ q̃ eluderet lex, que dꝫ, nemo alteri ſtipulari poſſit. Itẽ, q̃ pactum illud est nullum, ergo non poteſt reconualeſcere.

1 ℣ Transactio est contractus innominatus.

2 Stipulatio non valet, niſi habeat in ſe conſensum.

3 Obligatio naturalis ineſt ſtipulationi.

**§. Conuentionis.** Verbũ conuẽtionis est generale ad omnia pacta, contract[a], & diſtract[a]. h. d. Et diuidit in tres partes primo dꝫ cõuẽtionis verbũ esſe generale. Secũdo illꝫ pbat ab etymologia vocabuli. Tertio illud pbat per rationẽ. Secunda ibi, nam ſicuti. Tertia ibi, adeo. Et i tertia parte formal rationẽ ſic. De natura generis est quod inſit in qualibet ſpecie, & in quolibet individuo ſpeciei. l. ſi qd earũ. §. interemptum. ff. de leg. iij. & no. ff. eo. l. iuris gentiũ. §. ſz ſi fraudandi. Sed nomen quentionis ineſt i qualibet ſpecie pacti, & in quolibet̃ diuiduo ſui, vt dicebat Pedius, ergo apparet q̃d est genus, vt ſequit̃ ex iſto tex. Nota primo * caſum, q̃ tractatio est tractus innominatus. l. ſiue apud acta. C. de tranſac. no. & pbat hic. Nam tractatio est nomẽ quod congruit omni contractui, per quẽ ab obligatione recedit̃, vt hic, cũ gl. ſua ſuper verbo tractigẽdi, Ergo tale nomen non facit Jctus nominatũ, vt no. C. de rer. pmu. ſup. rub. Dicãtarim ff. e. l. iuriſgẽtiũ. §. j. De bona etiã est caſus in l. ij. ff. de iureiur.

1 Nota primo caſum, q̃ tractatio est tractus innominatus. l. ſiue apud acta. C. de tranſac. no. & pbat hic. Nam tractatio est nomẽ quod congruit omni contractui, per quẽ ab obligatione recedit̃, vt hic, cũ gl. ſua ſuper verbo tractigẽdi, Ergo tale nomen non facit Jctus nominatũ, vt no. C. de rer. pmu. ſup. rub. Dicãtarim ff. e. l. iuriſgẽtiũ. §. j. De bona etiã est caſus in l. ij. ff. de iureiur.

2 † No. q̃d nõ valet ſtipulatio niſi in ſe habeat conſensum, vt hic j ſi.

3 Sed q̃rit glo. §. † vtrũ in ſtipulatione inſit obligatio naturalis. Old. dꝫ quod non. Bl. determinat quod hic propter cõſensum, & bene vt in gl. & gl. in j. ſi poſt diuiſionẽ. C. de iur. & fac. ignor. & probatur in l. j. §. ſi qs ita. de ver. obl. & in l. ſi fideiuſſor. de cõd. inde.

**§. Sed conuentionum.** Cõtinua ſic. Dicendum est §. quod cõuentio est genus, & iſtud genus diuiſit in duas partes, q̃ aut animo contrahẽdi, aut animo tranſigendi, ſeu diſtrahendi, nũc hic ponit aliam diuiſionem, quia cõuentionum quedaz ſunt nominate, quedã innominate, vt hic vſque in finem legis.

LEX SECVNDA.

1 ℣ Quoque, est dictio impletiua, ſicut dictio, etiam.

**Habeo.** Hic pſequit aliam diuiſionem, & dꝫ ſic, Conuentionũ alie tacite alie expreſſe, & hac quãdoque fit inter abſentes p nuntiũ, vel epiſtolam, quandoq; inter pſentes. No. hic. † q̃d dictio, quoque, est implectiua, ſicut dictio, etiã. Facit. ff. de procu. l. ſeruum quoque. in pñi.

1 ℣ Quietatio debiti videt̃ fieri per redditionẽ inſtrumenti debiti, niſi primeret aliam vtilitatẽ. nu. & nu. 3. ratio quare p redditionẽ inſtrumenti debiti videtur fieri quietatio, & nõ per redditionem pignoris.

4 Inſtrumentũ debiti ſi reperitur cancellatum tam penes creditorem quam debitorem, quando ex hoc preſumatur liberatio.

5 Inſtrumentũ, in quo duo erant obligati, ſi detur alteri, ille videtur liberatus, & donata actio contra alium.

6 Inſtrumentũ, quod mihi debitor dedit radidi ti, ſi tibi reddidi, videor in priſtinam obligationem me reponere.

7 Inſtrumenta plura ſi de vna re ſint facta, & vnum ſit redditum, videtur facta liberatio debiti.

a **§. Sed etiam tacito.** [a] Juriſconſul. hic per exempla proſequitur

primum

primus membrū diuisionis scilicet de conuentione tacita. Mo-
1 ta quod per redditionem instrumenti videtur fieri quae actio
b debiti secus per remissionē pignoris. Opp. q̄ iurisconsul. hic male
infert, dum dicit in quibusdam potest fieri tacita cōuentio.
ergo hic, q̄ est pars particularibus nihil sequit fm Logicos.
2 Bl. sol. Sic vt i ea. ¶ Quero, q̄ est ratio diuersitatis * inter
* instrumentum & pignus? Bl. similiter ponit opi. Jo. & verā, q̄
in redditione instrumenti nulla potest esse alia cōmoditas, nisi
remissionis, & q̄ liberet reus, sed in redditione pignoris secus. Et
3 hoc dico, q̄ si redditio instrumenti cōtineret aliam vtilitatem,
non induceret remissio debiti. Exemplum, cum litigares de re
empta, dedi tibi instrumentum vēditionis facte per me, in quo
continebatur q̄ mihi promisseras pretium. Certe non sequitur
liberatio a debito. Habuit enim alia cōmoditatem redditio, scili-
cet vt illo instrumēto vtereris in causa. Bimutt textus cuz
gl. in hac l. sequenti in fin. dum illum tex. refert ad hanc legem.
4 ¶ Quero, si c instrumentū debiti reperiat apud debitorē,
c vtrū presumatur debitor liberatus? Bl. videt hic distinguere.
d Aut reperitur penes creditorē cancellatū, & forte presumit li-
e beratio. Secus si penes debitorē, licet alii quales presumptionē
faciat secundum qualitatē personarū. In eo q̄s gl. facit differē-
tiam vtrū reperiatur penes creditorē, vel debitorē, reprehendi-
tur per Doc. Nam eadē est ratio vtrobiq;. Ita enim posset can-
cellari si est penes creditorē, sicut surripi & dari debitori. Ideo
hac de re circa hoc distinguit, vt Cy. refert. C. de pbatio. l. si
de possessione. ¶ Aut debitor qui habet instrumentū cancellatū
allegat se liberatū pacto. & nō valet, nisi probetur instrumētuz
redditum, vt hic, in tex. & gl. Aut allegat se liberatū solutiōe. &
tūc aut debitor erat persona domestica, q̄ vero similiter posset
instrumētū subtrahere, & solutio facta nō presumitur. l. j. ff. ille
autem. C. de Lati. libera. tollen. Aut nō erat talis persona do-
mestica, & presumitur liberatus solutione, vt l. si chirographū.
ff. de pba. io. & de fur. l. fullo vel sarcitor. ff. fin. Sz talis presum-
f ptio nō facit deferri iuramentū debitori, q̄ lenis. Ita no. f gl.
5 ds minor. l. ij. § fi. so. ¶ Quero, q̄d si dedi tibi instrumētū, in
quo eras obligatus tu & alius? Bulriel hic videt dicere q̄s de
debito tuo videor facere liberationē, & alīū videor tibi dona-
re actionem, arg. hic mē. infra de liberatione lega. l. si is q̄ duos.
in fine & C. de dona. l. j. Pro B facit tex. huius. l. sequētes. in fine.
6 vbi regit, q̄s specialiter agat. Item. ¶ Quero, q̄d si tu cui in-
strumētū tradidi, mihi reddidisti ipsum? Certe videris te re-
ponere in pristinā obligationē. l. si vnus. ff. pactus. infra eode.
Ha ut infra man. l. si vero nō remunerādi. ff. idē Papinianus. &
7 l. sz & si lege. ff. cōstituit de peti. her. ¶ Quero, quid si de vna
re erant plura instrumenta, & vnum soluz redditi? Certe satis
videtur q̄ fit facta liberatio a toto, p hanc legem. Non enim di-
cunt plura instrumenta, sed vnū instrumentū in pluribus char-
ris. l. vnū testamentum infra de te. ta.

ADDITIONES.

a POMA. ¶ Sed etiam. Vide Dec. in l. post ꝑ li. 1 C. eo.
b P.P. V.P. ¶ Per redditionem instrumenti. adde q̄ ideo est in-
sinia vel arbitramento, quia si iudex vel arbitrator non infertur
p hoc est ergo solutum debitum, nec in prei. dicium in ipso ꝑn
cipali, vide Com. cōsi. xix. incip. quidam nobilis. Item mouātum
8 & q̄ redditione instri, videt pbari solutio, vel remissio debi
ti, adde q̄s idem esset in thesaurario q̄ hz bullas creditoꝝ fisci
penes se. q̄ eo ipso presumit solutas. Vide Com. cōsi. clxx. incip.
thesaurari, j. ij. dub. & qd operet retraditio vel remissio instru
mentorum, vide Fely. in c. accedens. el. j. vt lit. non contesta.
* CLAV. ¶ Diuersitatis. Vide de hac materia Pano. in c. eccle
sia sancte Marie, vt lit. pendeat.
c POMA. ¶ Quero vide Pano. consi. vij. ij. dubio, vo. ij. Barb.
consi. cxx. & consi. ix. in j. volu.
d ¶ Quero si instrumentum. Per l. cum de indebito. ff. de pba.
vide Doc. in d. c. ecclesia, el. ij. vt lit. pen. el ij. vt lit. pen.
e POMA. ¶ Liberatus. Adde videndum Bal. consi. celxxxij. lib. j.
& consi. cclj. lib. ij. ibi quid si fit cancellatum penes notarium vel
alium tertium & Ro. consi. ccccxlvi. incip. Primus ꝓpositus. in fi.
f POMA. ¶ Ita no. & vide Alex. l. iij. de acquir. pos.

LEX QVARTA.

1 ☞ Res aliene inducte in domum, an sint tacite obligate.
2 Bona pupilli inuenta & illata, an sint tacite obligata.
a Item quia a Prosequitur eandem materiam, scilicet, de tacita conuen-
tione, & breuiter hoc intendit. Inuecta in domum cō
ductam, sunt tacite obligata pro pensione, hoc dicit.
1 ¶ Quer. it gl. quid si inducantur in domū res aliene b? Et di-
b cit quod, non videntur tacite obligate, nisi dominus consen-
tiat. Quidam cōtra. De quo per Docto. in lege, certi iuris. C.
2 loca. ¶ Quero, quid si pupillo, c vtrū inuecta & illata erūt ta-
c cite obligata, cum res ipsius non possint obligari sine decreto?
Et dicit gl. q̄ non. Bl. in simili mouet q̄stionē. C. de legati. tuz. l.
fi. Et determinat q̄ adultus reipublicē vtorē videtur obligare
tacite bona pro dote, & sic videt hanc gratia, Dy. Instit. & ac. ff.
Item Seruiana. tenet gl. Bul. distinguit, Aut post contractū se-
quitur obligatio tacita a lege absq; alio facto. vt loqt gl. j. ff. C.
de leg. tuz. & est tex. in l. j. in fi. cō. l. se. de reb. eo. Aut requiritur
aliud factū, vt in casu nostre legis, vbi post 2ductionē requiri-
q̄ bona inducātur & inferantur in domum, & tunc loquitur ista
gl. Idez videtur tenere Cy. in l. certi iuris. C. loca. in ij. & iij. q.
d in prin. Ego in repetitione l. si cōstante. ff. so. ma. teneo hāc gl.
simpliciter. Primo q̄ auth dos data. C. de don. ante nupt. vbi
gl. ponit, q̄s eo ipso q̄s data & dos eo ipso sit ure, absq; alio fō
dē cōstitui donatio propter nup. Tamē video, q̄ minor nō pōt
q̄stituere donationē p̄ter nuptias sine decreto l. pēnult. ff. qui
mi. & l. ter q̄ tutores. C. de admi. tut. Preterea video q̄ cessan-
te 2ractu dotis, bona sunt hinc inde tacite obligata. l. j. § C.
de rei vxo. ac. Sz bona minoris promittentis dotem, non pos-
sunt tacite obligari sine decreto l. Titia § iur. dot. & l. j. C. ad
uer. do. ergo nō videtur bona distincto Bul. Non ob. l. j in fi.
cū l. seq. ff. de reb. eo. quia res ibi transiuit in pupillum cum sa
causa, hic vero de re loquitur, que primo perfecte erat pupilli.

ADDITIONES.

a POMA. ¶ Item q̄. In colono aut sine partiario, siue cui mu-
nus locatus fuit pdiū, an habeat locū regula huius l. vide Bal.
ff. Item seruiana. Instit. & act. p gl. ibi Ro. reprehēdit sing. ccxxij.
c tu scis. & amplia p Alexan. l. dimittio. ff. ob donationes. in fi.
ff. soluto matri.
b P.P.V.P. ¶ Res aliene, An iste prędat, nedū pēsione 2structu
in pecunia numerata, quo casu est ppie locatio. An vero etiā
si fit 2structura pēsionis in alia specie vide Ro. sing. ccxxxvij. incip.
tu scis. Item si primus colonus locet alteri, an bona istius sint o-
nera tacite hypothecata, vide Ro. fin. ccxxxvij. incipiēs. Inuecta. Item q̄
etiā in colono impropie inuecta & illata sint tacite hypothecata
vide Fran. in 2si. lv. Item q̄s dato fideiussore sanat cessare
ista tacita hypotheca, vide ter. in l. pen. qb. mod. pig. vel hypo.
Item q̄s eo modo bona hospitātis in aliquo hospitio, etiā q̄ vnā
nocte tantuz sint tacite hypothecata sicut in casu huius l. vide
Alex. in l. dimittio. § ob donationes. in fi. ff. soluto ma.
c AND. BARB. ¶ Quero q̄d in pupillo. Contra tenēt Bal. Ang.
Mo. in l. si 2stante, preal. & Bal. in l. fi. C. de legi. tuto. d. l. certi iu-
ris. C. loca.
d ANT. R.V. ¶ Vide Jo. Cro. omnino in d. l. si constante. so. ma.
¶ Si constante. Adde videnda que ibi posui.
1 ☞ Conditio tacita impedit naturaliter actionis, sicut expressa,
non autem impedit trasmissionem legati.
a § Huius rei. a In stipulatiōe dotis inest tacita cō-
ditio si matrimonium sequat. h. d. Op-
b ponitur ante cōditionis euentū nulla est nata actio. l. cedere die. ff. de
ver. sig. Debuit ergo dicere, q̄ nullo modo agit, & non male agit.
1 ff. quī di. leg. ced. l. j. in fin. Sol. vt in gl. no. Ex qua tene menti q̄s
tacita 2ditio ita impedit naturaliter actiōis sicut expressa, nō aūt
impedit trāsmissionē legati. Oppo. de l. ita demuz. ff. de Arbi.
Sol. Ibi 2ditio respiciebat executionē, non aūt obligationem
ipsam. ADDITIONES.
a POMA. ¶ Huius rei. vide Alex. cōsi. iij. vol. iij. cōsi. ij. eo. vol.
b AND. BAR. ¶ Opponitur Jo. de Imo in l. 2ditiōes. ff. de 2di.
demon. alle. gl. ibi p singu. Adde tu circa hoc, & vide Alexan. in
consi. cxl. in quarto volum i.
1 ☞ Prefationes contractus dicūtur, que fiunt a partibus ante
contractum.
2 Probandi contractum simulatum vel vsurarium modus.
3 Prefationum oicrum videtur in sequentibus repetitum nisi
interuallo.
a § Idem Iuliano. a Que in prefationibus
b dicūtur in seq. repetun
1 telliguntf. h. d. Prefatiōes intelligo hic & tractus quentiales,
q̄ firmant a partibus anteq̄ perueniatur ad contractū, vt
patet hic, & l. Titia § idē respōdit. ff. de ver. obli. Et ideo pura-
2 rē per hoc posse conuinci fraudē vsurarioꝝ, qñ vsurarii fa-
ciunt conuentionē, vt pro simplo promittatur duplum, postea
tēpore cōtractus adhibent notarium, & testes qui de hoc nihil
sciunt. Sufficit enim probari q̄ hoc in prefationibus dicti fue-
3 rit, & sic in seq. videtur repetitū, vt hic. Quod verum, nisi es
c ter ualo factū fuerit, vt l. per retentionem. C. de vsuris. Et fiet
tale, in quo esset opus facto q̄ fuerit dictū in prefationibus, &
omissum in contractu, videtur omissum per errorem. l. si ibi in
prin. ff. de ac. emp. Dixi plene in d. § idem respond. &c.

Addi

ADDITIONES.

a ¶ Idem Juliano.adde post Jaſ.inquātū ponit an valeat pactus,ne liceat ſoluere vel auferre,niſi ad placitum creditoris. Pan.de ca.cōſi.cclxxix.POMA. ¶ Limita,qñ clauſula eſſet p̄fecta & haberet ſpālē & terminationē. Ita Jaſ.l. trāſigere.C.& tran.& limita vt ibi.

b ¶ Prefationibus.Addeas dicta in prefationibus intelligantur repetita.Ange.conſi.lxij. Ro.conſi.cccxxxiij.& ccij. & qd de annuis reditibus tā emptis a p̄uatis,q̄ ab eccleſia,Alenetis,& Florentinis,vide que poſui in l.cunctos populos.C.de ſumma tri.& fide catho.poſt Alex.

c POMA. ¶ Quod verum.vide Alex l.pacta nouiſſima. C. eodē.

LEX QVINTA.

1 ℣ Capitaneus belli dat ſecuritatem bannito.

2 Capitaneus guerre poteſt treugam indicere, nō tamen facere pacem,niſi haberet mandatum.

3 Ambaſiatores habent ſecuritatem.

Conuentionum. Iuriſcōſul. p̄ſequit hic aliā diuiſionē cōuentionum. Oppo.j.eo.l iuris gentium.vbi dicit qs cōuentio publica eſt de iure gentium,hic dicit ſ̄ium quare male ponit ſpecies. Sol.vt in gl. ¶ Oppo.extra.glo. q̄ non valeat pactū factū inter duces belli,q̄ hoſtibus non eſt fides ſeruāda.l.i.§.fuit.j.de dolo.Solu.nō ē ſeruāda fides data

a p̄uato,vt ibi,ſed a duce belli data,ſic,vt hic.† Pōt ergo Capitaneus guerre dare ſecuritatē exbānito,vt alij hoſti:& hoc fuit de facto hic. ¶ † Quero vtrū b Capitaneus guerre poſſit facere

b pacē? Tex.hic videt dicere q̄ ſic. Breuiter puto qs Capitaneus pōt facere treugā,ſeu inducias indicere,vt hic gloſſ.&c. Itē poſſet facere pacē ſi eſſet dominus belli,ſeu exercit⁹ vt Princeps, rex,& ſimiles,&c. Sed Capitaneus,cui eſt ſimpliciter cōmiſſum ducere bellū ſeu exercitū,nō pōt facere pacē niſi ſit ei ſpecialiter cōmiſſum.l.mādato generali infra de p̄cura. † Item no.q̄ ambaſiatores habent ſecuritatem.

ADDITIONES.

AND.BAR. ¶ Opp.extra. Aut.in.in c.Eccleſia,ſancte Marie. de conſtit.limitat,quando p̄ viā legati vel donationis dedit,vi de ibi Abbatem.

b AND.BARB ¶ Quero vtrū.Cōtra hoc valde obſtat tex.valde ſingu.in l. ſolita prouidentia C.de remiſ.pig.

LEX SEXTA.

1 ℣ Legem antiquam habuiſſe reſpectum ad caſum iuris,qui poſtea poſſit fieri,non eſt nouum.

2 Contractus dotis eſt de iure gentium,& ꝓtractus nominatus.

3 Dotis miſſio roboratur lege,non tamen validatur de iure gētium.

4 Pactū dicitur lege roborari quādo in pacto nudo deducitur illud,quod alias erat debitum ex aliqua parte iuris.

5 Pacto iure ciuili adiuto ſeu cōfirmato,tollitur obligatio, naturalis & ciuilis.

Legitima. Hic p̄ſequit tertium membrum diuiſionis ſcilicet de cōuentione legitima.Et ꝓ declaratione premitto,q̄ aued̄ eſt conuentio que al. cōfirmatur, hoc eſt a lege inducit, & de hac loquit̄ prima pars legis,nec de hoc eſt varietas in gl. Quedas eſt conuentio que de ſe non eſt valida,ſed a lege iuuatur,& valida efficitur.& de hac loquitur ſecūda pars legis, ſecūdum vnam lec.& ſecunda pars glo.Tertio eſt quedam conuentio que de ſe eſt inualida,ſed a lege iuuatur ſeu confirmatur,eo ipſo q̄ nō infirmatur,& de hac loquitur ſecunda pars legis ſm ſecundam lectu.& tertia pars gloſſe .Vide ergo partes in gloſſa. Secunda ibi,& quod ſequitur,& ideo &c.Tertia ibi,vel ſivis,intellige etiam in veſtitis.Venio ad tex.Primo ponitur dictus, Secundo illatio.& eſt illatio generalior dicto ſecundum gloſſ. Aduerte,quero exempla prime partis.Reſpondet glo.illa eſt cōuentio legitima,que lege cōfirmat̄,hoc eſt a lege de nouo inducitur,& ei forma datur.Exemplus in contractu emphyteuti coliterarum,& verborum obligatione,in contractu de pecunia cōſtituta,& in ſponſalitia largitate. Vide gl. ¶ Opp. ad hoc, cum iſti contractus a lege inducantur apparet q̄ nō contineāt̄ ſub nomine conuentionis,qs eſt de iure gentium. Sol. Q3 inducantur a lege inducuntur de illa materia, que continetur ſub hoc genere conuentionis,& ei datur a lege nomen, & forma: ſicut ſi de terra fieret vnum vas ab homine,adhuc remanet ſub genere terre & ſecūdum hoc quod dicit confirmatur,id eſt,forma datur. Sed oppo.iſta exempla vtplurimum ſunt de iure nouo,cuius hec lex erat ignara:vt l.iubem⁹.C.de teſta. Sol.† Nō eſt incongruū quod lex antiqua habuit reſpectum ad caſum iuris,q̄ poſtea poſſet fieri. Simile,in l.j.j.de condi.ex lege. ¶ Venio ad ſecundam partem.et videtur q̄ iſta non ſit bona illatio q̄ eſt generalior dicto,ergo &c.vt ſ.e.l.ij.igl.ſup vbo,& iō.Solu. Dicit gl.iō &c.quaſi dicat pacta nuda & veſtita recipiūt fomentū a lege,& ſic illatio nō erit generalior ſubaudito,licet ſit generalior dicto.Quero ergo exēpla.Primo quādo ex pacto nudo actio naſcit̄,gl.ponit exēplū in pacto nudo donatiōis quod hodie confirmatur per l.ſi quis argentum.ſ.ſi.C.de do.Simile exemplū in l j.C.de ſuf. Iſtud exemplū nō eſt congruū. Naz ex pacto nudo donationis hodie nō oritur actio,ſed oritur cōdictio ex lege propter pactū. Sed hic querim⁹ exempla quādo ex pacto naſcat.Pro cuius euidentia ſcias quod quandoque lex non agit in ipſum pactū roborando ipſum vt actionē producat,ſed ꝓpter ipſum producit,vt in dictis ll. Quōq̄ lex agit in ipſum pactū ipſum roborando,& tūc ex ipſo pacto actio oritur.l. etiā.j.de vſuris.& l.lege obuenire.j.de ver.ſig.exēplū. Rex poteſt vnū paruū Comitez facere potentē.ita q̄ ipſe per ſe poſſit facere bellū. Poteſt etiā illum paruum Comitem dimittere in paupertate ſua,ſed propter ipſum Comitē ipſe Rex facit bellum. Videam⁹ ergo exempla,quando lex agit in ipſum pactum ita q̄ ex eo oritur actio. Dicit gl.in pacto nudo dotis.l.ad exactionē.C.de dotis.p̄miſ.& l.vnic.in p̄in.de rei vxo.act.in quātus allegat l.vnic.de rei vxo.act.nō eſt bonū exēplū,q̄ ibi p legē inducit ſtipulatio tacita,& ſic magis congruit principio huius legis,quā huic dicto.inquantum allegat l.ad exactionem.non vi

2 detur benedictū,q̄ & cōtractus dotis eſt de iure gētium,& ideo cadit in mēbro,q̄ ponit in l.ſeq.& l.eas.j.de cap.dimi. Q3 reſpō deo,hec illatio eſt generalior dicto,vt ſ.dixi. Loquit enim de cōuentiōibus iuriſgentiū inualidis p ſe,ſed per leges adiuuātur & validātur. Sed tunc opponitur,dos eſt cōtract⁹ nominatus,q̄ habet nomen elegans,ergo de iure gentiū eſt valid⁹ per ſe,vt ſ.l.p̄ox. Non ergo lege iuuat. Reſpō. Dotis datio bñ validat de iure gentiū.j.l.p̄ox.ſed non dotis p̄miſſio,ſed lege roboratur,ideo eſt bonū exemplū. Aliud exemplum ponit glo.in pignore.j.e.l.ſi tibi.§.de pignore.vbi roborat iure p̄torio,q̄ eſt

℣ pars iuris ciuilis. Cōtra,pign⁹ eſt cōtractus nominatus ergo recipit robur a ſe.j.l.p̄ox. Sed reſpōdeo,eodē modo pign⁹.i. datio pignoris,ſed cōuentio pignorū roboratur iure p̄torio, ℣ que inualida erat de iure gentiū,vt dicam ſ.l.p̄ox. Aliud exēplum pone per l.frumenti.C.de vſur.& l.etiaſ.j.de vſuris. Dia enim iſta pacta poſſunt dici veſtita iuris auxilio,vt dicit gl.qs an verum ſit,dicam in §.quinimo. Sequit in tex.vel ſenatuſcōſulto adiuuatur. Quero exēpla,Dicit gl.Pactus qs fit inter heredē,& fideicōmiſſarium,vt heres teneatur ad ſoluēda legata, leges allegate per gl.hoc nō,pbant,niſi cōiūcta iſta lege Ex

3 quo not.† multū qs qñcūq; in pacto nudo deducit illud qd alias erat debitū ex aliqua pte iuris illud pactū dicit̄ roborari lege illa,& ſm hoc actio de cōſtituta pecunia nō eſt neceſſaria quādo in cōſtitutione deducitur illud qs erat debitum ex lege,ſed eſt neceſſaria,quādo deducit illud qs erat debitū ex conuentione partiū. Sequitur in tex.vel tollit̄. Quero exemplū. Bl. ponit exemplū in acceptilatione. Hoc non videtur congruus. Nā acceptilatio a iure ciuili inducit̄. Et ſic iſtud p̄mū exemplū congruit principio legis,non autem tanquā pactum inualiduz roboratur. Ponit ergo glo.exemplū quando inter heredez & fideicommiſſariū fit pactum,vt alter eorum tantū legata & debita ſoluat. Iſtud exēplū procedit,vt p̄mū. Non enim lex exp̄ſſe confirmatur vel adiuuat̄,niſi ex eo,q̄ pactum continet id qs lex. Item hoc exemplum poteſt eſſe verū in actione,ſi qua eſſet inter heredē & fideicōmiſſarium,quam vellēt tolli per iſtud pactū non quod per hoc p̄iudicaret creditoribus vel legatarijs. l.pacto ſucceſſorū C.de pactis. Itē poteſt poni exemplum in ſe naturalē cōſulto Velleiano,& Macedoniano,q̄bus actio tollit̄, vt dicit glo. Sed certe ibi non tollitur actio cōdictiōe,ſed ope exceptionis. Itē ibi non tollit̄,actio cōuentione,ſed alia iuris diſpoſitione,ideo exemplū non eſt congruū. Ideo alij dicunt, Quoties lege vel ſenatuſconſulto adiuuat̄ ſ.mulier,vt dicit gl. Sed hoc nihil eſt dictū. Poteſt etiā poni exēplum in l.ſi tibi.§.q̄dā. vbi pactū p̄eſt,vt actio ipſo iure tollat̄,q̄ lege iuuat̄. Omnia ergo iſta exempla loquunt̄ in pacto de ſe nudo a lege vel a ſenatuſconſulto adiuto. ¶ Venio ad tertiā partē,& alij legūt iſtuz finez etiam in pactis veſtitis,vt dicamus. Ex pacto interdum actio oritur vel tollit̄,vt in pactis veſtitis,quoties a lege vel a ſenatuſconſulto adiuuatur. Dico,adiuuatur eo ipſo quod non infirmatur,propter hoc ponitur in text.interdum:quia interdum ſpecialiter lege infirmatur.l.pacta que contra.C.eod.& j.l. p̄ox.§.ſi ob maleficiū.alias,ſi vt maleficiū fiat.& l.generaliter. j.de verb.ob.Habes expeditam hanc legem ſecundum gl. Sed mihi videt incongruū quod ipſa illatio ſit generalior dicto,et quod hic loquit̄ aliquo modo de obligationibus iuriſgentium. Et ideo potes legere ſic,qs primo ponit dictum,ſecundo ponit effectū dicti. Dictum eſt tale,Omnis conuentio non eſt legiti-

ma sed illa tantū, que lege aliqua cōfirmat vel iuuatur. Et ideo sic forma eqsum, z illationem. Regulariter sicut omnis cōuētio nō est legitimata, sed casualiter quādo lege cōfirmat, ita regulariter ex omni conuentione non oritur actio vel tollitur, ſz interdū casualiter scz qñ lege vel senatusconsulto adiuuat, seu cōfirmatur, z ꝯ pro eodem pono. Quero exēpla quādo lege confirmatur vel adiuuatur, vt producat actionē? Respno. hoc pōt esse duobus modis. Uno modo quod adiuuetur z cōfirmet dādo sibi nomen z formā, z sic erunt contractus nominati de iure ciuili, vt stipulatio, supra eo. l. j. in fi. z infra eo. l. seq. in fi. contractus emphyteuticus, sponsalitia largitas, literarum obligatio, z constitutū pecunie, de quibus dixi supra qñq cōfirmatur seu adiuuatur, non tamen sibi propriū nomen dat, ſz stat in simplici nomine conventionis. Exemplum dixi supra quando dixi ex pacto nudo actionem oriri. Quero exemplum quando pactus adiuuatur vel cōfirmatur lege, ita qꝫ actio tollatur? Respondeodem modo quo supra. Quandoqꝫ talis conuētio a lege inducitur, l z ei datur nomen, z forma vt acceptilatio, z dicitur cōuentio nominata. Quandoque stat in finibus nominis conuentis, tamen lege corroboratur. l. si tibi. §. quedam. §. eod. z tunc dicit cōuentio innominata, lege tamen confirmata, vel corroborata.

4 ✝Et no bene quod per pactū iure ciuili additum, seu confirmatum tollit obligatio naturalis, z ciuilis, vt innuit hic gl. in ver. tollitur autem ibi. alias naturalis tantum.

ADDITIO.

☞ALEX. LOS. Cetera exemplaria habent, z melius: eodez modo pignus hoc est datio pignoris per se iure ꝫgentium validatur. Sed conuentio, zc.

LEX SEPTIMA.

1 ☞Permutatio quare non dicatur contractus nominatus.

2 Donatio olim z hodie erat erat contractus nominatus.

a  **Aris gentium.** tConuētio iuris gētium nominata, parit actionē, secus si est innominata, nisi impleměto iuste cause vel coherentia contractus vestiatur. hoc dicit vsqꝫ ad §. Adeo. Quero quare permutatio nō dicit cōtractus nominatus, „si do rem vt aliam mihi des. gl. assignat duas rationes, vltri. remittit ad no. in rubri. C. de rerum permu. z ulla vera. Pro eius euidentia, scias, quod habere nomē generis generalissimi vel subalterni, non dicit nomē, vt per hoc dicat res nominata, sed habere nomen speciale hoc facit rem nominatā z cōtractū nominatū, pbat in l. ij. §. de presc. verbis. j. cū duabus ll. seq. Permtatio igit est nomē cuiusdā generis subalterni, vbicūqꝫ hinc inde aliquid datur vel fit. Nam large loquēdo emptio potest dici permutatio, permutatur enim res cū pecunia. l. ita cōstante. §. de iure dot. Ita etiam in locatione permutatur pecunia cū opere, eadem ratione transactio ꝫ cōtractus innominat⁹, vt no. in l. sine apud acta. C. de trās. qz illud nomē cēgruit cuilibet liberatiōi, z cuilibet actui, per quā a lite receditur, vt l.

✻ §. cōuentionis. *ff. eod. z l. ij. §. de iureiur. ¶Quero quid si in

2 pmutatione non dedi, sed paratus fui dare? dic vt in gl. ✝Quero, quid de donatione? dicit gl. q donatio olim erat contractus innominat⁹, hodie est nominatus, qꝫ apparet: qz pducit actionem. l. si quis argētū, C. de do. Doc. in l. iij. de condi. caus. dat. dicūt q olim z hodie erat contractus nominatus, habet enim nomen elegans. Ego in l. in diebus. §. j. §. de donatio. idem teneo. Nam si olim fuisset cōtractus innominatus locus fuisset penitētie, qꝫ est contra casum l. Aristo §. de do. z per alias rationes quas ibi dixi. Sz dices tu, quare olim ex pacto nudo donationis nō oriebatur actio, si erat ꝫtractus nominatus? Respōde, cōtractus nominati producunt actionem eo ipso q sunt, z nomē habent modo aduerte, qz quidā contractus denominantur ab actu pacisc̄di, seu cōueniendi, quidā denominantur ab actu exequēdi. Si loqueris in primis, quando denominant ab actu pacisc̄di, statim facto pacto habent nomē, z producūt actionē. exēplū in emptione, venditione, locatione, cōductione, societate,

b mādato, z similibus. Si accipis secūdo modo qñ denominātur ab actu exequēdi, non habent nomen, nisi facta executione, exemplū in cōtractibus qui re cōtrahuntur, vt de pposito, commodatū, mutuum, qui ab actu exequendi denominant, vt patet ad sensum, z ideo ū facio pactū de deponendo, cōmodando, vel mutuādo, non est cōtractus nominatus nec actionez producit, nisi habeat alia vestimenta. Nūc ad propositū donatio est cōtractus nominatus, z denominat ab actu exequendi, qz idem est q doni dario, vt l. Senat⁹. §. donatio. §. de do. cau. mor. merito. de iure ista si peruenieb atur ad traditionem, pficieb at cōtractus alias non, sed pactū de donādo nō erat donatio, sed erat nudū, nec producebat actionē nisi vestiret solēnitate verborū. Hodie vero lege iuuatur, qz per legem propter pactū actio producitur. Idez in cōtractu pignoris, qui est cōtractus nominatus re contrahitur, vt Inst. quib. mod. re contrahi. oblig. in fi. Dicitur enim pignus a pugno. z sic denominatur ab actu exequēdi. vnde pactum nudum de pignoribus non producebat actionem de iure gentium, ſz edicto pretoris iuuatur vt actionem producat. l. si tibi §. de vigoze. §. eo. Idem in cōtractu dotis qui est contractus nominatus, z ideo traditione sequuta pficit contractū z denominatur ab actu exequēdi. Pactum enim de dando dotem erat nudū, z ideo non producebat actionem, nisi a lege adiuuaretur, vt C. de dotis promiss. l. ad exactionē. z dixi §. l. prozi. z

ADDITIONES.

a P. PAV. P. ¶Iurisgētiū. Quomodo se habuisset ius ciuile circa contractus iuris gentium, vide Soci. in rub. de verb. oblig.

✻ CLAV. ¶§. conuentionis Ad istā materiā Jctuum innominatorū vide Bald. in c. cū inter R. Senioze. de elect. vbi magistraliter loquitur.

b POMA. ¶Si accipitis scdo. Numquid aūt in dote sit ius pfectus ex ipso cōsensu, vt emptio, an aūt requirat interuentum rei vt in depposito. Dic qꝫ sic. De quo vide Alex. in rubro matrimonio.

1 ☞Actiones alie sunt natiue z alie datiue.

2 Adam ex quo fuit a Deo productus, dicitur datius: ceteri homines natiui.

3 Lex naturalis. §. sed si dedi, infra de pscriptis verb. in quo corrigatur per hunc §.

1 **§. Et ideo puto.** †No. ex isto tex. singu. z magclare distinguit quam in alia parte iuris, qꝫ actionū alie natiue, alie datiue. Natiue sunt, que hūt materiā sufficientē preexistentē, a qua oriantur. Datiue sunt ille que preexistētem sufficientez materiam non habent.

2 Simile† vides ī hominibus. Nā Adā potest dici datius: fuit enim a Deo simpliciter productus. Alij autem homines qui ex patre z matre nascuntur, possunt dici natiui. Ideo Julianus fuit hic reprehensus, qui dicebat actionem a pretore esse dādā, cum nō esset materia sufficiens ex qua oriretur, que in veritate erat sufficiens. Nā erat contractus nominatus vestitus impleměto iuste cause, vt patet in litera. Ultimo dicebat† quādā qꝫ

3 per istum §. corrigitur tota distinctio. l. naturalis. §. si dedi, infra de pscrip. ver. quod nonest verum nō enim corrigitur, nisi ex eo quod hic dicitur.

1 ☞Promissio facta de re vel pecunia, vt maleficium fiat est nulla ipso iure.

2 Pignus datū ob turpē causam, potest repeti rei vendicatiōe.

**§. Si ob maleficium.** Alias, Si vt maleficiū. Quero de tōte huius §. Rū. pactū nudū vestitur implemento cause iuste, vt §. prozi. ſz ista causa, ne fiat maleficiū ū est iusta, saltē ex parte recipiētis: qz gratis tenebat hoc facere. l. si. §. de cōdi. ob tur. causam. Sol. qñ pactū est nudū nulla oriť obligatio: qz nō pt verificari vt dicrū est. ſz si intercessisset stipulatio, valeret, ſz esset ineficax: qz obstaret exceptio. l. pe. §. de cōdi. ob tur. causa. z posset cōdici liberatorio: vt l. ſtraria. Querit gl., quid si pmittatur vt maleficiū fiat? & gl. tūc secus qz stipulatio est nulla ipso iure. §. de verbo. oali. l. generaliter. Hic aduerte, nā hec q̄stio pōt intelligi q̄ pmittat se facturū maleficium, z tunc nō valet: qz contra

1 turpe. l. generaliter. §. de verbo. obligationi. itē pōt intelligi q̄ promittatur certa pecunia, vel res, vt maleficiū fiat, tūc de q̄ nulla est pmissio ipso iure. Ultramon. ꝫtra qz in questio. illud qꝫ deuenit in pmissionē, scz res vel pecunia, non est causa turpe, ſz causa fit turpis. hoc refert Cyn. in l. ex eo. C. de inutil. stip. z l. ij. q̄ met. cau. z videt casū in l. pe. §. de cond. ob turp. causam. Teneo opi. gl. q̄ ipso iure sit nulla. Casus ē in l. ſi plagis de v. ob. z hoc tenet gl. in l. generaliter. eo. ti. z ibi distinxi. Bal. pe. §. de cōdi. ob tur. causam. z l. ij. §. q̄ met. causa. respon. vt dixi in d. l. generaliter. Nec ob. qꝫ dictū est i preced. questi. qz hic

2 causa turpis ex vtraqꝫ parte, ibi ex altera parte tantū. Quere gl. quid de pignore dato ob turpē causam? Bl. dicit repetitione vendicationem. Dic vt in l. ij. z l. idem si. §. de condi. ob tur. causam per Cy. in l. ij. C. de condi. ob turpem causam, zc.

1 ☞Actio ex pacto nudo, de donando continente, factū, nō datur etiam hodie, secus si contineat rem vel quantitatem.

a **§. Sed cum nulla.** aSupra habuistis qñ subest cā iusta: ité qñ subest cā iniusta, ℏ ponit qñ nulla cā subest. Opp. qñ nulla cā subest. Respondet donatio. l. Capanus. §. de ope. li. Sz ex pacto nudo donationis oriť actio, z obligatio, ergo zc. Sol. Uni⁹ timoze gl. vt aliter intelligere scz q̄ hic fuerit ꝫtractus innominat⁹, do vt des, vel similis, z sic ꝑstat q̄ nolebat donare, q̄ dicit, nulla cā subest, scilicet nulla datio vel factum ex quo pactū vestiat. hoc est nulla subest cā scilicet impleta sed conuentio bene fuit ob causam

ideo

ideo apparet, dicit gl. nostra quod opinio Bar. non est vera, qui intelligebat hunc §. etiã si stipulatio intercessisset, & nõ bene loquitur, nisi excusando eus dicas q̃ intercessit in stipulatione causa q̃ fi: desse putabatur, in veritate tamen erat falsa. Certe hoc casu etiã nõ p̃cederet iste § qui ex obligationes non cõstituit, ſz tũc ẽ constituitur ſz obstet exceptio doli. l. ij. §. circa f. de doli exc. Posses etiã intelligere simpliciter in pacto nudo donationis, scõm ista tẽpora. Dicit enim Bul. q̃ etiã hodie pactus nudũ donationis nõ parit actionem, nisi quando datur res vel
b quãtitas. C. de dona. l. si quis argentũ. Secus si aliqs ex liberalitate p̃mitteret aliqd se facturũ, tunc enim non reperit̃ ꝓhibitum, neqꝫ cõcessum q̃ actio detur, ergo stamus iuri antiquo. l. ꝓcipimus. C. de app. Preterea obligationes fieri non ita p̃missorẽ arctãt sicut obligationes dãdi, & patet, q̃ non ꝓt cogi precise ad faciendũ, sed liberare ſ̃ stando interesse. l. stipulationes nõ diuidunt̃. intra de vbo. oblig. Unde si etiã hodie p̃mitterẽ tibi nudo pacto ire ꝓ te Romam nulla adiecta cã, nulla oriretur obligatio, neque actio.

## ADDITIONES.

a AND. BARB. ¶ Sed cũ nulla. Vo. qs Bar. in isto §. vult, q̃ l. si qs argentũ, nõ habeat locũ in facto, & eũ est casus in l. p̃missi. f. de ꝓcri. v̄. Sz pores ꝛcordare, q̃ si ire venit merũ factũ, puta, q̃ p̃mitto ire ꝓ te Romã: habeat locũ opi. Bar. & Bul. ſz vbi est pactũ habẽs annexã traditionẽ, tũc possit hr̃e locũ d. leg. vt est textus. in l. qs satis. f. de don. & d. l. p̃missi. nã si p̃mitto tibi eximere sagẽ ex cã donationis, videor in effectu donare tibi lapidẽ q̃ me eximẽdũ. & ideo videt habere locũ d. l. si quis argentũ. Ista sunt vba dñi mei. d. Jo. de Imo. in l. edibus. §. j. f. de dona. quod perpetuo no. refert ibi aliam limitationẽ Bar. in illa l. si quis argentũ, ꝓcedere in donatione remuneratoria per l. Aquilius Regulus de donat. A ide ibi per eum, & alia ibi vide. et vide Lardi. in c. de pactis. & vide Ant. in ca. qualiter. de pactis. P. PAV. P. ¶ De hac materia an & quando pactũ nudum pariat actionẽ, tã de iure ciuili q̃ de iure canonico, vide latissime, & melius q̃ alibi Fely. in c. j. extra de pactis. & Jaſ. in ista l. & Fely. in dicto c. ponit etiã, an iuramẽtum vestiat pactũ nudũ. Itẽ qs ſz naturalis obligatio non sit potens ad agendũ, debeat tamẽ esse qui officio iudicis scõm ius primarũ, vide Fely. in capitulo q̃ in ecclesiarũ. extra de p̃sti. declarãdo vt ibi p eum. Itẽ illud qs dicitur pactũ nudũ, geminatam ꝓducere actionẽ, vide Jaſ. in l. si pacto quo penã. C. de pactis. Item quatuor limitationes ad regulam vide per Soc. in l. legem. C. de pact.

b ¶ Si quis argentũ. adde Roma. consi. ccccl xxxvj. & an ex pacto nudo oriatur actio, vide Roma. consi. xxx.

1 ℣ Pactum nudum quid sit.

2 Pactum nudum quando pariat actionem.

Constitutum debet dici contractus nominatus.

a **§. Igitur.** "Jurisconsultus infert ex p̃missis vnã cõclusionẽ. Ubi dimus q̃ ꝓtractus nominati, vel innominati, vestiti tũ implemento cause iuste pariunt actionẽ, alias secus. Ex hoc infertur talis cõclusio. Nuda pactio nõ parit actionẽ, igitur nuda pactio non parit obligationẽ, neque actionẽ ciuilem, ſz querit̃ an exceptionẽ pariat? Et rñdet q̃ sic ſz hoc non infera' ex p̃missis, sed suo motu ponit̃ hic a iurisco sulto. ¶ Quero, de quib. cõtractib. loquit̃ hic ver. Dicit glo. q̃ caute incipit tractare de cõtractib. nominatis. Intellige, hoc est de pactis appositis circa cõtractus nominatos. Nam cõtractus nominati sunt vestiti eo ipso q̃ sunt, vt hac l. in prin. Aũ & illis ꝓncipaliter nõ tractat. Laurtius est ergo dicere q̃ hic loquitur de qualiber pactione nuda. ℣ Quero igitur qs est pactũ
1 ℣ nudum. Dicit gl. qñ hoc contrahentes voluerũt q̃ esset nudũ. vt f. ea. l. §. q̃ fere. Pet. hoc reꝓhendit, vt Cy. refert. C. eo. l. iegẽ. ibi vidimus quid est pactũ, ꝛc. Et ꝺt q̃ si stipulator intercessit, nõ possent facere cõtrahentes, q̃ esset stipulatio: qr que facta sunt nõ põt fieri q̃ nõ sint facta. l. in bello. §. facte. f. de cap. & post. Dñs Ja. Bur. fuisse bat gl. Nã stipulatio duo importat. f. factũ, & est interrogationẽ, & rñsionem. Itẽ ius, hoc est, vb. obl. ſz enim facũ interueniens & a paribus non posser fieri quin sit factũ: tũ iuris effectus põt mutari consensu, & voluntate partium: qr. eatenus tenet stipulatio quatenus partes volũt. l. j. & e. Secundo ponit gl. exẽplũ qñ fuit sola promissio sine interrogatione. l. pactũ. f. de pollici. Sed hoc reprehendit gl. qr ibi nõ est pactum. sed pollicitatio. Certe hoc esset bonum exemplum, si ponas quod pollicenti pars consenserit. Item ponit gl. exemplum quando stipulatio vel acceptilatio est inutilis. Hoc intellige verũ nisi partes hoc agerent: vt stipulatio inutilis inutiliter cõtraheret, tũc enim vtro stipulatio inutilis nõ valeret cõuentione, sed iure nudi pacti. l. j. §. si quis ita. f. de ver. ob. Quod autez dicit de acceptilatione, dic vt in l. an inutilis. f. de acce. Ista sunt exempla gl. & doc. dicunt q̃ pactum nudus est, q̃ nullo iuris adminiculo adiuuatur. Tu dic clarius. Illud dicitur pactum nudũ, q̃ stat in puris, & simplicib. finibus cõuentionis. Quod apparet: qr si vltra ꝓceditur, vel q̃ ei nomẽ imponatur, vel q̃ causa impleatur, vel opponatur iuxta contractũ vestitũ, tunc cohe
2 rentia cõtractus vestit̃, vt f. videbitis in ꝓximo ver. Exẽplũ naturale, sicut ille dicit̃ nud', qui est sicut is q̃ de vtero matris ꝓcessit, ita illud pactũ dicitur nudũ, qs stat in plurib' fin. cõuẽtiõis. Quod nomẽ, quẽstio, est generale, & est quasi mater omnium pactorũ. l. j. §. cõuentionis. §. eo. Exemplum, qñ ego p̃misi tibi cõsentiẽti, nõ tũ p̃cessit interrogatio tua. l. j. C. de vsu. vel
2 interrogar' respõdit nutu, vt l. j. §. ver. ob. * Quero vtrũ ista regula sit vera simplr, q̃ ex pacto nudo nõ oriat actio glo. ſt q̃ nõ. Fallit primo in casib. qui ponunt̃ in gl. j. in l. ad exactionẽ. C. de dotis p̃mis. dic vt dixi in l. legitima. §. e, & l. si quis argẽtũ. C. de do. Qs intellige vt ibi dixi, & Inſt. de act. §. de cõstituta. Ter
b re puto q̃ cõstitutus debeat dici Jctus nominatus, & sic est cõuẽtio legitia. Itẽ ponit gl. exẽplũ. f. de vsur. l. ẽt. C. de vsu. l fruẽti. & de nauti. feno. l. piculi. Sed fateor q̃ in illis ex pacto nudo oriẽt actio, qr ex lege iuuatur, vt §. e. l. legitima. Iz qdã dicãt q̃ tunc dicatur vestituz legis auxilio, q̃ an sit verum, dicam f. proxi. §. Habẽt enim quidã p impossibili q̃ ex pacto nudo oria
* tur actio, sicut qs mulier sterilis pariat filium, vt in gl. dicit. *

## ADDITIONES.

a ¶ Igitur. Limita vt per Mathe. notabili. xxv. incip. nota nouam regulam.

℣ Pro cõcordia aduerte, q̃ Jaſ. in §. in personam, Insti. de acti. dũ allegat Bar. sibi Jziũ, dũ voluit Bar. l. j. §. de cõst. pe. & fm aliquas lecturas in l. j. C. e, i q̃ cõstõ de qua in d. §. in pson̄a. seu ẽt in §. de cõstituta. Inst. e. sit Jctus immolatus sic arguendo ex verbis Bar. Nã ex pacto nudo de iure ciuili, nõ oriẽt actio, vt ibidẽ, & in iuri. j. alle. Sz est spãle in actiõe de cõstituta, ergo ex ꝑsse vult, q̃ nõ sit Jct' nolat' cũ illi ꝓducãt actionẽ cũ sint ꝓducti in suo eẽ, vt voluit Bar. in hac l. iurisgẽtiũ. §. ſz cũ nulla. vſ. igit nuda. ver. q̃ro. de quib' Jctib'. Sz Jpsum. & Bart. tenuit in hoc ver. igit nuda. circa fi. §. q̃ hodie sit Jct' nolatus, & p ꝓs dõm est q̃ sit spãle. Uis tũ nõ obstanti. si bene consideret Bar. nõ sibi Jdicit: qr q̃ dicit in d. l. j. ꝓcedit fm iura antiqua, sed in d. ver. igitur nuda. ꝓcedit secundũ iura hodierna, & hoc idem sentit Bart. in illo ver, hodie quod no. in hac materia.

b POMA. ¶ Constitutum. Contrarium alibi tenuit Barto. inducendo & seruando vt per Joannem de Imola in tractatu contrarietatum Barto. in consil. xij.

* CLAV. ¶ Blos dicitur. An autem ex contractu iurato oriat actio: est materia, que traditur per Bart. in l. si quis ꝓ eo. §. de fideiusso. in prin. & ibi doc.

1 ℣ Pactum nudum vestitur coherentia contractus, & nouam ꝛoducit actionem, scilicet ꝓscriptis verbis.

2 Actio ꝓscriptis verbis, que datur ex cõtractibus innominatis, quod sit alia ab ea que datur ex pacto incõtinẽti appositio, vestimentum quod requiritur in cõtractibus innominatis est aliud a vestimento in pactis incontinenti appositis.

3 Stipulatione si promisi tibi centum, & pacto nudo promisisti ꝓ me ire Romam, tale pactum vestitur.

4 Pactũ nudum appositũ iuxta cõtractũ stricti iuris, vestitur.

5 Pactum nudum principale an vestiatur coherentia pacti nudi accessorii, quod sic. & nu. 6.

Pactum nudum quando vestiatur stipulatione penali.

Pactum nudum vestitur coherentia cõtractus cõditionalis.

7 Pactum nudum appositum iuxta cõtractum remanet efficax, licet contractus tollatur, nisi sit appositum in contractibus respectiuis, quia tunc etiam tollitur.

8 Actio informatur, quando noua forma ei datur.

9 Actio ꝓscriptis verbis, cõcurrit cum alia, quando ex diuersis fontibus oriuntur.

10 Pactum nudum appositum iuxta cõtractum non informat verem, quando non subest.

11 Pactum nudum nedum informat obligationem, sed etiam contractum.

12 Pactorum vestimentum quotuplex sit.

13 Litera est sufficiens vestimentum absq; cursu biennij.

14 Vestitum dicitur, cui post originem, vel in sui origine aliquid peradditur.

15 Pactum a iure gentiu vestitur nomine, rei interuentu, & coherentia contractus.

16 Pactum de iure ciuili vestit̃ nomine, forma, coherentia contra

crus, iureiurando, & operis initio.

17 Masculus & femina per se non sufficiunt ad generandū nisi cuz auxilio planetarum.

18 Lex casualiter potest facere qs pactū nudū pducat actionē.

19 Cōtractus nominatus dicit, si de cōsuetudine vel statuto alicui contractui nominato de iure gentiū adūcitur nomen.
Donatio ante nuptias est contractus nominatus.
Feudum est contractus nominatus.

20 Lex, si quis argentum. C. de dona. an habeat locū in donatione remuneratoria, vt puta: qz mihi seruiuisti, promitto decem.

21 Incontinenti dicitur fieri, quod fit antequam partes habeant contractum pro perfecto.

22 Pacta plura, si apponuntur iuxta contractuz, omnia vestiuntur coherentia contractus.

a **§. Quinimo.** a Pacta incontinenti apposita nouam pducūt actionē, & veterē informant, se
* cus si ex interuallo*. hoc dicit, Et pono casum secūdū secundā lect. q̄ est verior. Dicitur est supra in §. precedenti, quod pactū nudum non parit actionem dicit Iurisconsultus contrarium, imo etiam interdū informat ipsam actionē: quasi dicat ex eo qd dicitur etiā, non solaz nouam parit: sed etiā veterez informat. Cetera sunt clara: & dictio etiā, importat in dictiōe, quinimo, vt gl. dicit, Pro declarāda ista materia habemus examinare quatuor q̄ ex hoc §. colliguntur. Primo dicit hic quod pactū nudum vestitur coherētia contractus vestiti adeo quod nouā producat actionē, & hoc pmo. Secundo dicit qs veterē informat. Tertio dicit qs hoc est verū, si fiat incontinenti. Quarto huius gratia habemus videre vestimenta pactorū. Hec omnia tanguntur hic

1 per glo. ¶ + Uenio ad primū. Dicitur hic quod nonam parit, quero quam? gl. in l. in bonefidei. C. eo. & l. ex placito. C. de rerū permuta. & l. pacta infra de contrahen. empt. dicit qs parit nonam scilicet actionez prescriptis verbis. Ultramon. dicunt qs actio prescriptis verbis nunquam oritur nisi ex tribus speciebus contractuum innominatorū. l. naturalis. infra de prescrip. verbis. & ideo si habita relatione pacti ad cōtractū resultet aliquis ex illis tribus contractibus innominatis, oritur actio pscriptis verbis, alias secus: qz deficeret sufficiens materia ad producendū ipsam actionē, arg. ff. eo. ver. Julia. Et sm hoc reprehendunt ipsi gl. in l. petens. C. eod. que dicit q si stipulatori promissor promittit aliquid nudo pacto appositō, incontinēti oritur actio pscriptis verbis. Quod ipsi dicunt esse falsum, cū tūc facta relatione pacti ad contractū non resultet aliquis contractus innominatus. Est enim ibi, do, & do, qui nō est ꝛctractus innominatus. Et eadem ratione reprehendunt gl. l. ex placito. C. de reruz permutatione. que dicit quod alia est actio pscriptis verbis, que oritur ex pacto incōtinenti appositō, que oritur ex cōtractib. innominatis. Imo, dūt ipsi, non est nisi vna. s. que oritur ex cōtractibus innominatis. Tu teneas gl. nostrā per text. in l. in bone fidei. C. eo. vbi dicitur ex pacto incōtinēti appositō actionē oriri. Ho. q̄ dicit, ex pacto, non dicit, ex cōtractu innominato, qui resultat ex pacto, facta relatione predicta. Hoc etiā dicitur in hac ver. & sequētibus, q̄ qñ pactum sit ex interuallo. non valet vt ex pacto actio oriatur. q. d. Si sit incontinenti, ori-

